

5.

SPECIMEN HISTORICUM
DE
VETERE CARELIA
ANTE OCCUPATIONEM SVECANAM;
QUOD
CON. AMPL. FAC. PHILOS. ABOËNS.
PUBLICO EXAMINI MODESTE SUBJICIUNT

AUCTOR

GABRIEL REIN,
Historiarum Docens & Aman. ad Bibl. Acad. E. O.

&

RESPONDENS

SVENO NICOLAUS HOUGBERG,
Wiburgenses.

Sectionis primæ

P. V.

In Auditorio Juridico die 31 Maji 1826.

h. p. m. c.

ABOÆ, Ex Officina Typographica FRENCKELLIANA:

THE UNIVERSITY OF CHICAGO
LIBRARY

100 EAST SOUTH EAST
CHICAGO, ILL.

ASST. DIR.

LIBRARY

CHICAGO, ILL.

CHICAGO, ILL.

CHICAGO, ILL.

CHICAGO, ILL.

CHICAGO, ILL.

20) In constellationibus stellarum præ aliis apud Fennos sancta habebatur *Ursa major* (*Stawa*), cui *Stawatar*, *Solis* filia, conjux tribuebatur. Hæc numina a Carellis imprimis culta fuisse e terminatione *Stawatar*, Carelicæ dialecto propria (Cfr. v. BECKERS *Finska Gramm.* S. 23) colligere licet.

21) *Ubo Tidng.* f. 1772, f. III. LENCQ. p. 18.

22) De Laponibus idem testatur SCHEFFERUS in *Lapp.* p. 99; de Estonibus *Origines Livoniæ* éd. GRUBERO p. 149 & 180. RYTSCHKOW (*Tagebuch seiner Reise durch verschied. Prov. des Russl. Reichs; übers. v. Hase*), enumeratis pluribus Fennicæ originis gentibus interiorum Russiæ inhabitantibus, hunc in modum pergit, S. 86: Es ist schon allgemein bekannt, daß die im Russischen Gebiete wohnenden Heiden gar keine Tempel auch keine Bilder von den Göttern, die sie verehren, haben, — sondern Eichen, Birken, die in den Wäldern wachsen, sind das Bild ihrer Gottheit, und ihr Opfer bringen sie in dem ihnen geweihten Gehölze. Similiter, teste STURLONIDE *Biarmii simulacrum dei Tomala* in campo spacio, sepibus circumdato, sub dio erexerant, ibique dona numini suo sacrata conferre soliti erant. Cfr. *Helmöfr.* ed. PERINGSK. I, 621 sq. Neque SNORRONIS auctoritatem *Herraudi & Bosæ Historia* (ab OLAO VERELIO, Ups. 1666 edita), diminui putamus, ubi scilicet p. 27 & passim templi *Biarmensium* fit mentio; unusquisque namque primo aspectu *Sagam* hancce pro mera fabula, cui nulla tribui potest fides, agnoscet.

23) PORTH. ad *Juust.* p. 94, nota 67.

24) SCHEFFERI *Lapp.* p. 109 sqq. PETERSON l. c. p. 17 sq.

25) LENCQ. l. c. p. 31 & 60. GANAND. p. 65.

26) LENCQ. p. 51 sq.

27) PORTH. *Syll. Monum.* p. 38 sqq.

- 28) Syll. Mon. p. 39 nota g.
 29) Origines Livoniæ p. 6.
 30) Rev. LENCQUIST (p. 52) eos tantum dæmones & spectra fuisse contendit, qui in montibus locisque solitariis commorari & homines terrere putabantur; cum vero post mortem amicorum & propinquorum lugentes imprimis, teste AGRICOLA, iisdem sacrificia offerrent, tumulisque mortuorum in universum cibus adduceretur, Menningåiset hinc proprie nonnisi manes defunctorum fuisse videntur, quos Præcl. GANANDER (p. 56) *kyrkspöken*, *vålnader* appellat, eosque haud minus in sepulcris quam in montibus & solitudinibus sedes tenere enarrat.

§. IX.

Allatis qualitercumque quæ a Scriptoribus aliis de religione Careliorum ethnica exposita jam erant, quæstio adhuc restat movenda, num doctrinæ Christianæ aliquam ante occupationem Svecanam habuerint cognitionem nostrates. — Antiquiores rerum nostrarum auctores eandem primo a Russis, tempore adventum Svecorum præcedenti, apud majores nostros fuisse prædicatam, unanimiter fere contendunt; quibus testimoniis, etsi omnibus hanc sententiam probantibus evidentioribus argumentis destituti, non plenam historicæ veritatis tribuere possumus vim, levem tamen hujus rei rumorem ad Scriptores hosce penetrasse credere licet. Sic MESSENIUS WOLODIMIRI Magni, Ruslorum Principis, commemorans conversionem, Carelios imperio ejusdem parentes, una cum cæteris subditis dogma Christianum amplexos fuisse testatur 1); & *Anonymus* Chronici Fennici *Auctor* præterea, repertas in Careliæ præsertim ecclesiis picturas Ruslicas pro documento habens, non Careliæ tantum verum aliis quoque patriæ partibus idem evenisse suspicari videtur 2). Ambo hinc
 histo-

historici, licet uterque per se tantum levioris fidei, eo quæstionem præsentem haud parum confirmant, quod alter alteri quamvis ignoti 3) eandem rem enarrent, neque eruditi nonnulli posteriores, Nob. scilicet NETTELBLADT 4), & Cel. SCARIN 5) incredibilem hancce existimarunt opinionem. Cum vero nulla certiora ab Auctoribus nominatis adducta erant hujus rei argumenta, neque præterea alia eam probantia innotuerant documenta, eadem omnino veritatem oppugnavit Cel. PORTHAN, eamque æque ac conjunctionem Careliæ cum Russia inter fabulas rejecit 6). Bulla tamen CLEMENTIS Papæ VI:ti, die 14 Martii 1351 Archiepiscopis Lundensi, Upsaliensi & Nidrosiensi Avenione data, & verbatim explicata, antiquiorem religionis Christianæ cognitionem nostratibus tribuere videtur. Pontifex scilicet per *”Charissimum in Christo filium suum, Magnum, regem Sveciæ illustrem intimatum sibi profitetur, Karelos & Ingros — fidem (Catholicam) & baptismum suscepisse; a Ruthenis tamen crudeliter sævientibus (ut audiunt verba) eo redactos esse, ut ad erroris cæcitatem pristinam redirent”* 7). A Russis, doctrinæ Christianæ jam addictis, ad amplectendos antiquos ritus paganos minime potuerunt impelli, verum ad propriam suam religionem a Græcis acceptam 8), (quæ tamen ex mente Papæ non nisi *error & cæcitas* erat); nisi vero jam antea hæc nostratibus innotuisset, neque ab iisdem fuerit confessa, minime in loco allato contendi potuisset, Carelios *ad cæcitatem pristinam rediisse*. Ex sententia igitur auctoris Bullæ citatæ, indiciis nuntiorum Regis innisi, majores nostri ante conversionem ad fidem Catholicam Russicæ religioni fuerant addicti 9), & nunc iterum ad eandem reverterant; quæ ejus opinio haud levissimo nobis, ad sententiam nostram confirmandam, infervire videtur argumento, cum documentum hocce LX solummodo annos ætate THORKELI & occupationis Care-

licæ per Svecos est inferior, & Rex MAGNUS a. 1348 expeditionem bellicam contra Ruslos eo consilio susceperat, ut eosdem de præstantia fidei Romanæ præ Constantinopolitana convinceret vel suæ ditioni subiceret, ubi accuratorem rerum orientalium sibi sine dubio acquirere poterat cognitionem 10). Quia tamen nihilominus negari non potest, Svecos in universum, pro consuetudine istius ætatis solemnè, minus sollicitos fuisse conditionis populorum finitimorum indagandæ, & ex historia constat tantam apud eos valuisse rerum Rusficarum insciam, ut adhuc, mirabile dictu, GUSTAVI ADOLPHI tempore, anno scilicet 1620 quæstio moveretur, num Rusi revera sint Christiani 11), haud bullæ quoque eorum testimonio innitenti, eam tribuamus fidem ut rem nostram ad evidentiam jamjam, omni disensione remota, probatam existimemus; quare consultis de eadem testibus tam indigenis quam Svecanis, qui hucusque nobis innotuerunt, necessario Rusforum quoque inquirere debemus scriptores, qui heic iterum quam egregie antiquitati nostræ illustrandæ interserviant manifeste produnt: rei scilicet obscuro tantum rumore ad nostrates perlata, cui igitur acutissimi & peritissimi historiæ nostræ scrutatores fidem denegare sese obstrictos censuerunt, tam certam habent cognitionem, ut non solum rem ipsam, verum etiam annum quo contigit & auctorem ejusdem indicent. In optimo nimirum Annalium Rusficorum codice, in sic dicto Puschkiniano 12), ubi enarrantur res anno 1227 gestæ, verba occurrunt quæstionem nostram brevissime sed tamen expresse hunc in modum dirimentia: "*Princeps Jaroslavus emisit*" (sacerdotes), "*qui sacro fonte initiarent Carelios; prope omnes incolæ*" (baptizati sunt) 13). Igitur in externa cæremonia hacce peragenda summa confessæ fidei Christianæ, pro more temporis ejusdem communi, in ecclesia quoque Græca erat posita, cujus rei dilucidum pro-

prodit exemplum conversio Rusorum, WOŁODIMIRO Magno imperante, peracta: dirutis scilicet Kioviæ idolorum statuis, certo die populus metropolitanus, jussu superiorum, in ripa Borysthenis convenit, ibique, signo dato, fluvium ingresses, simul omnis a sacerdotibus aqua ablutus & precibus quibusdam fufis, novo Deo dedicatus est. En totum sacrificandi apparatus 14)! Mox quoque Novgorodia Magna & pedetentim aliæ Imperii Rusfici partes, simili fere modo, conversæ sunt 15. Splendore tamen & magnificentia, quibus colebatur Deus Christianorum, commota, & inde majestatem & potentiam ejus æstimans, plebs inculta veneratione & devotione amplecti didicit novam religionem 16). Ubi igitur modum convertendi tum in Russia usitatum consideres, non tam incredibile videtur baptisma nostratum: JAROSLAVUS namque, a. 1227, hostilibus terram Jemorum (Tavastorum) ingresses armis 17), eadem occasione verisimiliter Carelios, fidos Rusorum socios, paganico deorum cultui adhuc addictos esse cognoverat, quare eodem ipso anno eos in cœtum Ecclesiæ Christianæ suscipere decrevit, & sacerdotibus emisiss hocce suum propositum perfecit. Cum tamen ne statuas quidem numinum, quæ dirui debuissent, (quantum constat), haberent nostri, non inde cogebantur ritibus, in honorem pristinorum deorum usitatis, se abdicare, & insuper id lucri fecerunt, ut ad numerum patronorum unum, eumque hæud impotentem adderent. Inde etiam optime explicari potest, cur cæremoniæ sacro fonte initiandi sese non opposuerunt: nulla enim vi adhibita a solis sacerdotibus pacifice negotium hocce peractum esse videtur; & anno proxime sequenti antiquam Rusfis probant amicitiam Carelii, succurrentes iisdem in arcendis & depellendis Tavastis, qui ulciscendi & prædandi cupidine commoti, multitudine navium in lacum Ladoga irruerant 18). Primis doctrinæ Christianæ nunciis
nec

nec deos majorum nostrorum pristinos oblivioni traditos, neque antiquam eorum Idololatriam radicitus evulsam fuisse, carmina Runica certo inserviunt documento, in quibus scilicet dii paganici una cum Sanctis Christianorum sapissime associari & simul in auxilium provocati apparent; quum namque haud immodiatam imperii Rusfici efficeret partem Carelia, neque ideo Princeps de ecclesiis ædificandis & de splendidiore cultu divino instituendo curasset, novum quoque & insolitum apud nostrates defuit spectaculum, quod novam religionem Rusfis rediderat acceptam, neque igitur ulla adfuit causa quæ veteres magis oblivione obruerit deos. Nulla præterea adhibita religionis doctrina, vim suam salubrem brevi hocce temporis intervallo inter baptisma, anno 1227 peractum, & adventum Sveconum, anno 1293, præterlapso, parum adhuc exserere potuit fides Christiana. Sacerdotes Rusfici cantationes suas sacras & cæremonias forsan in domo privata, vel potius sub dio in lucis & delubris, pro more incolarum, instituerunt. Si vero talia loca, uti verisimile est, imaginibus Sanctorum ornaverint, nonnullas earum superstites fuisse post Sveconum adventum, uti contendit *Auctor* Chronici Fennici, haud improbabile videtur. In primis igitur initiis veri Dei agnitione apud Carelios adhuc versante, haud mirandum, quod a scriptoribus in enarranda expeditione Torkeliana nulla ejusdem rei fiat mentio, quodque utpote paganismo addicti describantur nostrates 19; moribus namque & vivendi consuetudine revera parum a paganis distingui potuerunt. Nihilominus tamen quasdam quoque rerum Christianarum notiones a Rusfis ad Carelios cæterosque deinde Fennos transiisse, vocabula quædam ab illis mutuata, & in lingua nostra usurpata, probant. Audit scilicet:

Sacer-

| | | | |
|------------------|------------------|---------|--|
| Sacerdos Rusfice | попъ, | Fennice | pappi. |
| Scriptura sacra | грамота | - - - | raamattu 20). |
| jejunium - - - | поспъ - - - | - - - | paasto. |
| testis baptismi | - кумъ - - - | - - - | kummi. |
| cruх - - - | - кресъ - - - | - - - | risti |
| baptizare - - - | - кресшишь - - - | - - - | ristid 21). |
| tributum - - - | - оброкъ - - - | - - - | apraffa (imprimis sacerdotibus debitum) 22). |

- 1) Scand. Illustr. T. X. p. 4: Anno 980 (a. 988 hancce renegestam enarrant Annales Russici), "Ulodimirus, Dux Rusfice, uxorem nactus Caesaris Græci sororem, cum ea simul dogma Christianum - amolectitur, & Rutheni cum Carelis, illi quoque subjectis" Idem in Chronico suo rhythmico Fennice, p. 14, sequentibus testatur verbis:

En sädan (Russicum scil.) den Christina Trons sed
 Logo också de Finnar wed,
 Som under Ryßland lägo då,
 Carelen derom wittna mä;
 Ly alla som i det Land bo
 Hade lång tid den Ryßta tro.

- 2) Schwed. Biblioth. I Stük, S. 113. "Rerum, quas hoc tempore (Russicæ dominationis) geserunt (Finni) pauçe admodum in nostram pervenerunt cognitionem, præterquam quod hoc tempore Christiana sacra amplexi sunt nostri, quod variis Rusficis picturis, quæ in quibusdam templis, præsertim in Carelia supersunt, probari potest."
- 3) MESSENIO nullum rerum Scandicarum (Scandicæ nimirum ab eo Fennia quoque annumeratur), scriptorem anno 1615 recentiorem notum fuisse, ipse testatur in Scand. illust. T. XIII p. 86, Anonymum autem Chronici Fennici Auctorem

Storem ante res a GUSTAVO ADOLPHO in Germania gestas non scripsisse, supra jam p. 3 observavimus; neque huic MESSENII innotuerant opera: in exordio namque Auctor, commemorato defectu Scriptorum indigenorum, Historicis Islandicis & Runis Fennicis fundamento positus, Chronicon Finlandiæ superstruere promittit, "*cujus generis adhuc nullum peculiari libro est comprehensum.*" Cfr. Schwed. Biblioth. St. I S. 97.

- 4) Schwed. Bibl. St. I S. 113 nota 29.
- 5) *Disf. de S:to Henrico, Fennor. Apostolo; Præf. A. SCARIN* ed. M. FONTENIUS. P. 1, p. 1—2 nota.
- 6) Ad Juust. p. 94.
- 7) Cfr. Nob. CELSE Bullarium Sveo-Gothicum, p. 122 sq. & LAGERBRING *Swæa Rites Hist.* D. 3, S. 397 sq.
- 8) Præterea exemplum hocce unicum est in historia, quod Russi alias gentes ad suam convertere fidem studuerint; plerumque enim cuique illæsum reliquerunt cultum suum divinum; quam rem Origines Livoniæ, p. 85, sequentibus testantur verbis: "*Est consuetudo Regum Ruthenorum, quamcunque gentem expugnaverint, non fidei Christianæ subiicere, sed ad solvendum sibi tributum & pecuniam subiugare*" Cfr. KARAMSIN Ист. Росс. ч. III, стр. 86 и 148.
- 9) Neque credat aliquis Papæ ignotam fuisse conversionem Russorum ad fidem Græco-Christianam; anno namque 1250 jam occurrunt legati ab INNOCENTIO IV Russiam missi, qui Magno Principi, Illustri ALEXANDRO NEVENSI persuaderent, ut, doctrina Græcorum relicta, in cœtum ecclesiæ Romano-Catholicæ transiret. Cfr. KARAMS. Ист. Росс. ч. IV. стр. 67, и прим. 85.

- 10) I Нвгр. снр. 616 sq: Вльпо 6856 (1348) Магнушь король Свѣйской земли прислалъ къ Новогородцемъ рекъ: пошлете на зѣвздъ свои философъ, азъ послю свои философъ, дажь поговоряшь про вѣру; а азъ по хошу слышешъ, коа будешъ вѣра лучши: а иже ваща будешъ вѣра лучши, ино азъ иду ввашу вѣру; или пакы, аще наша вѣра лучши, и вы пойдѣше внашу вѣру; и будемъ вси за единъ человекъ: или не поидеши въ единачьство, и азъ хошу иши на васъ съ всею моею силою.
- 11) Kùhs Gesch. Schwed. Th. IV, S. 467.
- 12) Utī testatur tutissimus harum rerum æstimator, III. KARAMSin in Исп. Росс. ч. 1, снр. XXX.
- 13) KARAMSin ч. III, снр. 246 и прим. 315: "Князь Ярославъ Всеволодовичъ пославъ крести множе-ство Корель; мало не всѣ люди." Лѣт. Пушкин.
- 14) Vid. KARAMSin ч. 1, снр. 217 sq
- 15) I Нвгр. снр. 310, KARAMs. ч. 1, прим. 463.
- 16) Neque pompæ in cultu divino Constantinopolitano adhibita ultimus est tribuendus locus, cur eam doctrinam præ ceteris elegerit WOLODIMIRUS, quod e singulari eloquentia, qua eandem celebraverunt legati, religionis perscrutandæ caussa emissi, apparet. audiunt scilicet verba in Соф. Врем. I, снр. 78: "Приидохомъ въ Грекы, и ведоша ны, идѣ же служащъ Богу своему, и не свѣмы, на небесѣхъ есмы были, или на земли; нѣшъ на земли шаковато вида, или красопы шаковыя, недоумѣемъ бо сказаши; покмо се вемы яко ту опинудъ Богъ съ человекы пребываешъ, и ешъ
К служба

служба ихъ паче всѣхъ спранъ." — Отпѣвѣвавши боляре кроша; "Аще бы лихъ законъ Гречьскій, то не бы баба пвоя (Владимирова) прияла Олга, лже бѣ мудрѣйши всѣхъ человекъ." Опчѣвѣвавши Володимиръ, и рече: "гдѣ крещеніе приемемъ?" —

- 17) I Нвгр. сгр. 483: Влѣпо 6755 (1227) иде князь Ярославъ сНовгородци на Ъмь, и повоева всю землю, и полонъ приведоша бесчисла.
- 18) КАРАМС. Ч. III сгр. 247 и прим. 317. I Нвгр. 484
- 19) Cfr. litteras BIRGERI Regis d. 4 Martii anno 1295 Orabrogiae datas, quæ typis reperiuntur excusæ in DREYERI Spec. Juris publ. Lubec. p. 174 sqq. & in Syll. Monum. p. 50 sqq. Haud improbabiler tamen suspicatur Cel. LÉNIBERG (l. c. p. 181) sævitiam Careliorum heic nimis auctam & super veritatem depictam esse, ut ejusmodi descriptione diminui videatur injuria, qua Sveci terram ingressi erant alienam.
- 20) Vox proprie Græca!
- 21) Vocabulum *vistiá* tamen e Svecorum *fristna* quoque originem ducere potest.
- 22) *Uprakta* proprie tributum in universum significasse videtur, cum vero primis dominii Svecani temporibus salarium sacerdotibus solvendum unicum esset tributum, (cfr. PORTH. ad Juust. p. 189 sq.) ad hocce significandum solummodo est adhibitum, & injuncto deinde vestigali Regio nomen vero est inditum.